



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

lenticv-||la noui testamenti Cardi.||nalis sancti Xisti.||

Cajetan, Thomas

Colonie, 1526

VD16 V 1243

lenticuli vndecimi questio tertia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34421

Ientaculi vndecimi questio tertia.

Circa Tertium Apoc. iij. Omnia creata sunt, et per tuam voluntatem erant et creata sunt. Difficultas occurrit quod pacto verificatur hoc quod omnia que deus creauit, per suam voluntatem erant et postea creata sunt. Dupliciter enim res dicuntur esse, vel in seipsis vel in suis causis: sicut domus dicitur esse vel in seipsa quando est facta, vel in mente artificis antequam fiat. In utroque autem modo verificari possunt hec verba. Non de esse rez in seipsis: quia tale esse non habent antequam create sint: in textu autem dei, erant et creata sunt. Nec de esse in arte diuina: quoniam creatura secundum esse quod habet in deo, est creatrix essentia, et est ipse deus: in xpo illud Ioan. p. i. quod factum est in ipso, vita erat: ac per hoc non dependent secundum tale esse a voluntate dei: et consequenter falsum est dicere quod per voluntatem tuam erant sicut falsum est dicere, quod ipse deus est per voluntatem suam: debuit enim dicere, et per naturam tuam erant, aut saltem per intellectum tuum erant.

Ad hoc Dicitur, quod proculdubio sermo iste intelligitur de creaturis secundum quod sunt in mente dei summi omnium artificis.

Et quum obicitur quod creature non sunt in mente dei per voluntatem dei, sed per naturam seu intellectum eius: respondetur quod creature dupliciter intelliguntur esse in ipso summo opifice. Primo simpliciter et absolute, ut effectus sunt in causa a qua produci possunt: secundo ut effectus producendi sunt in causa. Et ut percipias hanc distinctionem, considera quod preter creaturas productas et producendas multa sunt alia in diuina potestate que possent, per

Pentaculi vndecimi questio tertia. cxii

ducere que tamen nunq̄ produxit nec producet. Et
ex his eleua mētis oculos, ⁊ psidera deū gloriosum
in duplici signo nature, hoc est, psidera primo ip̄m
secundū se, hoc est, nō psiderata determinatione vo
luntatis eius ad producendū aliquas creaturas:
⁊ sic videbis omnes creaturas tam quandoq; pro
ductas seu producēdas, q̄ nūq̄ productas seu pro
ducendas habere esse in deo vt in causa potente ill
las producere. Et loquendo de tali esse creaturaz
in deo, dicendum est q̄ sunt in deo per naturam et
non per voluntatem dei: quoniam hoc conuenit
deo ex sua natura, ⁊ non ex libero arbitrio. Si ve
ro consideras ipsum deū gloriosum deinde in se
cundo signo, hoc est, quam voluntas sua libere de
terminauit se ad producendū ita istas creaturas,
puta que sunt fuerunt ⁊ erunt in hoc mundo, q̄ nō
alias que nunquā fuerunt sunt ⁊ erunt videbis dif
ferentiam inter creaturas ⁊ creaturas in deo: in h
q̄ quedam sunt in eo solum in potentia, quia scilicet
et possunt ab ip̄o fieri, quedam vero sunt in eo nō
solum sic sed etiam vt producende: ⁊ q̄ creature
que sunt in eo hoc secundo modo scilicet vt produ
cende, per voluntatem ipsius dei habent hunc essen
di modum: quoniam ex libera dei voluntate quasi
translate sunt de ordine possibilitium absolute ad or
dinem producendorum quandoque. Et de crea
turis secundum tale esse Apocalyps. loquitur. Et
verum dicit: quoniam per voluntatem dei que cre
ata sunt erant producibilia, quamuis per naturam
dei erāt simpliciter possibilitia. Et sic creature vt pro
ducende erant in arte dei per suam voluntatem, et
create sunt per eandem voluntatem.

Ientaculi vndecimi questio tertia.

Ad objectionem autem in oppositum, q̄ cre-
atura in deo est creatrix essentia ⁊ vita, ⁊ cetera, re-
spondet̄ distinguendo, formaliter vel identice, hoc
est, q̄ creature in deo secūdam illam rem in qua
sunt, nō sunt per voluntatem, quia sic sunt ipsa de-
itas, sed formaliter vt sunt producende, sunt per vo-
luntatem. Quomodo actus liberi arbitrii
diuini formaliter est per diuinā voluntatem in deo,
nam q̄a vult eligit: ⁊ idē ipse est actus identi-
ce (hoc est secundum rem que est) quia
est ipsa deitas, per naturam est non
per voluntatem. Nec de ter-
tio. Hinc die vigesima
Aprilis M. D.
xxiij.